
GAUDEO.


GAUDEO.



# De Inſulis inuentis

Epiſtola Criſtoferi Colom (cui etas noſtra
multũ debet: de Inſulis in mari Indico nuꝑ
inuẽtis. Ad quas perquirendas octauo antea
menſe: auſpicijs et ere Inuictiſſimi Fernandi
Hiſpaniarum Regis miſſus fuerat) ad Mag=
nificum dñm Raphaelez Sanxis: eiuſdẽ ſere=
niſſimi Regis Theſaurariũ miſſa. quam nobi
lis ac litteratꝰ vir Aliander de Coſco: ab Hiſ=
pano ydeomate in latinũ conuertit: tercio kl's
Maij. M.cccc.xciij. Pontificatus Alexandri
Sexti Anno Primo.

Quoniam ſuſcepte prouintie rem ꝑ=
fectam me ꝯſecutum fuiſſe: gratũ ti
bi fore ſcio: has ꝯſtitui exarare: que
te vniuſcuiuſ rei in hoc noſtro iti=
nere geſte inuente admoneãt. Triceſimoter
tio die poſtq̃ Gadibus diſceſſi: in mare Indi=
cũ perueni: vbi plurimas Inſulas innumeris
habitatas hominibꝰ reperi: quaꝝ oĩm ꝓ feli=
ciſſimo Rege noſtro: preconio celebrato et ve=
xillis extenſis: cõtradicente nemine poſſeſſio=
nẽ accepi. primeq earum: diui Saluatoris no
men impoſui (cuius fretꝰ auxilio) tam ad hãc
q̃ ad ceteras alias ꝑuenimꝰ. Eam vero Indi


Inſula hyſpana

Guanahanyn vocant. Aliaꝛ etiã vnã quanq̃
nouo nomine nuncupaui. Quippe aliam Inſu
lam Sancte Marie Cõceptiõis. aliam Fernã=
dinam. aliaꝫ Hyſabellam. aliã Iohanam. ꝛ ſic
de reliquis appellari iuſſi. Quã primũ ĩ eã In=
ſulam quã dudũ Iohanam vocari dixi appuli
mus: iuxta eiꝰ littus occidentẽ verſus aliquã=
tulum proceſſi: tamq̃ eam magnã nullo reper
to fine inueni: vt non inſulam: ſed cõtinentem
Chatay prouinciã eſſe crediderim: nulla tamẽ
vidẽs oppida municipiaue in maritimis ſita cõ
finibus: preter aliquos vicos ꝛ predia ruſtica:
cum quorũ incolis loqui nequibam: quare ſi=
mul ac nos videbant ſurripiebãt fugam. Pro
grediebar vltra: exiſtimans aliquam me vrbẽ
villaſue inuenturum. Deniq̃ videns ꝙ longe
admodum ꝓgreſſis: nihil noui emergebat: et
huiuſmodi via nos ad Septentrionem defere
bat: ꝙ ipſe fugere exoptabam: terris etenim re
gnabat bruma: ad auſtrumq̃ erat in voto cõ=
tendere: nec minus venti flagitantibus ſucce=
debãt. cõſtitui alios nõ operiri ſucceſſus: et ſic
retrocedens ad portum quendaꝫ quem ſigna=
ueram ſum reucrſus: vnde duos hoĩes ex no=
ſtris in terram miſi. qui inueſtigarent: eſſet ne
Rex in ea prouincia/ vrbeſue alique. Hij per


Fernāda
hyſpana
Yſabella
ſaluatorie
Conceptōis
marie

tres dies ambularũt: inueneruntqꝫ innumeros
populos ⁊ habitatões: paruas tñ et abſqꝫ vllo
regimine:quapropt̃ redierũt. Interea ego iã
intellexerã a q̇buſdam Indis:quos ibidẽ ſu-
ſceperã: quõ hmõi prouincia: inſula quidem
erat.⁊ ſic perrexi orientẽ verſus:eiꝰ ſemꝑ ſtrin
gens littora vſqꝫ ad miliaria .cccxxij. vbi ipſiꝰ
inſule ſunt extrema.hinc aliã inſulã ad orien-
tem proſpexi:diſtantem ab hac Iohana milia-
ribus.liiij.quã protinus Hiſpanam dixi:in eã-
qꝫ cõceſſi: ⁊ direxi iter quaſi ꝑ Septentrionez
quẽadmodũ in Iohana ad orientem:miliaria
dlxiiij.que dicta Iohana ⁊ alie ibidem iuſule
q̃fertiliſſime exiſtunt.Hec multis atqꝫ tutiſſi-
mis ⁊ latis:nec aliijs quos vnq̃ viderim cõpa-
randis portibꝰ: eſt circũdata.multi maximi ⁊
ſalubres hanc interfluũt fluuij.multi quoqꝫ et
eminẽtiſſimi in ea ſunt montes.Oĩes hc inſu
le ſunt pulcerrime ⁊ varijs diſtincte figuris: ꝑ-
uie:⁊ maxima arboꝝ varietate ſidera lamben
tiũ plene:q̃s nũq̃ folijs priuari credo : quip-
pe vidi eas ita virẽtes atqꝫ decoras: ceu mẽſe
Maio ĩ hiſpania ſolẽt eẽ:q̃ꝝ alie florẽtes:alie
fructuoſe:alie ĩ alio ſtatu:ſm vniuſcuiuſqꝫ q̃li
tatẽ vigebãt:garriebat philomena:⁊ alij paſſe
res varij ac ĩnumeri:mẽſe Nouẽbris q̊ ipẽ per
eas deambulabã.Sunt p̃terea in dicta inſula

Johana ſeptē vel octo palmaꝝ genera: q̄ ꝓce
ritate ⁊ pulchritudie (queādmodū cetere oēs
arbores/herbe/fructuſq;) nr̄as facile exuperāt
Sūt ⁊ mirabiles pin⁹/agri/⁊ prata vaſtiſſima/
varie aues/varie mella/variaq; metalla: ferro
excepto. In ea aūt quā Hiſpanā ſupra dixim⁹
nūcupari: maximi ſunt mōtes ac pulcri: vaſta
rura/nemora/ campi feraciſſimi/ſeri/ paciſq; ⁊
cōdendis edificijs aptiſſimi. Portuū in hac in
ſula cōmoditas: ⁊ p̄ſtantia fluminū copia ſalu
britate admixta hoīm: q̄ niſi quis viderit: cre=
dulitatē ſupat. Huius arbores paſcua ⁊ fruct⁹
multum ab illis Johane differūt. Hec p̄terea
Hiſpana diuerſo aromatis genere/ auro/ me=
talliſq; abundat. cui⁹ quidē ⁊ oīm aliaꝝ quas
ego vidi: ⁊ quaꝝ cognitionē habeo: īcole vtri
uſq; ſexus nudi ſemp incedūt: queādmodum
edunt̄ in lucem. preter aliquas feminas. q̄ fo=
lio frondeue aliq̄: aut bombicino velo: pudē=
da operiūt: qḋ ip̄e ſibi ad id negocij parāt. Ca
rent hi om̄es (vt ſupra dixi) quocunq; genere
ferri. carent ⁊ armis: vtpote ſibi ignotis nec ad
ea ſūt apti. nō ꝓpt̄ corpis deformitatē (cū ſint
bn̄ formati) ſ; q2 ſūt timidi ac pleni formidine.
geſtāt tn̄ ꝓ armis arūdines ſole puſtas: ī quaꝝ
radicib⁹ haſtile q̊ddā ligneū ſiccū ⁊ in mucro
nē attenuatū figūt: neq; his audēt iugit̄ vti: nā

# Oceanica Claſſis



ſepe euenit cũ miſerim duos vel tris homines
ex meis ad aliquas villas: vt cũ eaꝝ loquerẽ-
tur incolis: exiſſe agmẽ glomeratũ ex Indis:
et vbi noſtros appropinquare videbãt: fugam
celeriter arripuiſſe: deſpretis a patre liberis ⁊
ecõtra. ⁊ hoc nõ ꝙ cuipiam eorũ damnũ aliqđ
vel iniuria illata fuerit: immo ad quoſcũqꝫ ap
puli ⁊ q̇bus cũ verbũ facere potui: quicq̇d ha
bebã ſum elargit⁹: pannũ aliaqꝫ ꝑmulta: nulla
mihi facta verſura: ſed ſunt natura pauidi ac
timidi. Ceteꝝ vbi ſe cernũt tutos: omĩ metu re
pulſo: ſunt ad modũ ſimplices ac bone fidei: ⁊
in omĩbus que habent liberaliſſimi: roganti ꝙ
poſſidet inficiat̃ nemo: quin ipſi nos ad id po-
ſcendum inuitãt. Maximũ erga oẽs amorẽ p̃-
ſeferũt: dãt queqꝫ magna ꝓ paruis. minima lꝫ
re nihiloue ꝯtenti: ego attñ ꝓhibui ne tam mi
nima ⁊ nulli⁹ p̃cij hiſce darent̃: vt ſunt lancis/
parapſidũ /vitriqꝫ fragmẽta/ jtẽ claui/ligule/
quanq̃ꝫ ſi hoc poterãt adipiſci: videbat̃ eis pul
cerrima mũdi poſſidere iocalia. Accidit enim
quẽdam nauitã: tantũ auri pondus habuiſſe
ꝓ vna ligula: quãti ſũt tres aurei ſolidi: ⁊ ſic
alios ꝓ alijs minoris p̃cij: p̃ſertim ꝓ blanquis no
uis: ⁊ q̇buſdã nũmis aureis: ꝓ q̇b⁹ habẽdis da
bãt q̇cq̇d petebat vẽditor: puta vnciã cũ dimi
dia ⁊ duas auri: vl' trigita ⁊ q̃dragita bombicⁱ

pondo:quã ip̄i iã nouerãt.jtẽ arcuum/ampho
re/hydrie/dolijq̃ fragmẽta:bombice ⁊ auro tã
ꝙ̃ beſtie cõparabãt.qđ quia iniquũ ſane erat:
vetui:dediq̃ eis multa pulcra ⁊ grata q̄ mecũ
tulerã nullo ĩteruenĩete p̄mio:vt eos mihi fa=
cilıꝰ ꝯciliarẽ:fierẽtq̃ xp̄icole:⁊ vt ſint proni in
amorẽ erga Regẽ Reginã principeſq̃ noſtros
et vniuerſas gẽtes Hiſpanie:ac ſtudeãt ꝑq̇re=
re ⁊ coaceruare:eaq̃ nobis tradere q̇bꝰ ip̄i af=
fluũt ⁊ noſ magnoꝑe ĩdigemꝰ. Nullã hij norũt
ydolatriã:ĩmo firmiſſime credũt oẽʒ vim: oẽʒ
potẽtiã:oĩa deniq̃ bona eſſe ĩ celo: meq̃ inde
cũ his nauibꝰ ⁊ nautiſ deſcẽdiſſe:atʒ h̊ aĩo vbi
fui ſuſceptus poſtꝙ̃ metũ repulerãt. Nec ſunt
ſegnes aut rudes:quin ſummi ac ꝑſpicacis in=
genij:⁊ hoĩes qui tranſfretãt mare illđ:nõ ſine
admiratiõe vniuſcuiuſq̃ rei rationẽ reddunt:
ſed nũꝙ̃ viderunt gentes veſtitas:neq̃ naues
hmõi Ego ſtatim atq̃ ad mare illđ ꝑueni:e pri
ma inſula quoſdã Jndos violenter arripui: q̄
ediſcerẽt a nobis :⁊ nos ꝑiter docerent ea:q̊ ꝓ
ipſi in hiſce partibus cognitionẽ habebant . et
ex voto ſucceſſit:nã breui nos ip̄os:⁊ hij nos:
tum geſtu ac ſignis:tum verbis intellexerunt .
magnoq̃ nobis fuere emolumẽto.veniunt mõ
mecũ tñ qui ſemꝑ putant me deſiluiſſe e celo
ꝙ̃uis diu nobiſcũ verſati fuerint hodieq̃ ver=

ſenť. ⁊ hi erant primi: q̇ id quocũq₃ appellaba
mus nunciabãt: alij deinceps alijs elata voce
dicẽtes. Uenite venite ⁊ videbitis gẽtes ethe
reas. Quãobrẽ tã femĩe q̃ viri: tã impuberes
q̃ adulti: tam iuuenes q̃ ſenes: dpoſita formi
dine paulo ante ↄcepta: nos certatim viſebãt
magna iter ſtipãte caterua alijs cibũ/ alijs po
tum afferentibꝰ: maxĩo cũ amore ac beniuolẽ
tia incredibili. Habꝫ vnaqueq₃ inſula multas
ſcaphas ſolidi ligni: ⁊ ſi anguſtas: longitudine
tñ ac forma noſtris biremibꝰ ſimiles: curſu aũt
velociores. Regunť remis tantũmodo. Harũ
quedã ſunt magne: quedã parue: quedã ĩ me
dio ↄſiſtunt. Plures tamẽ biremi que remigẽt
duodeuiginti tranſtris maiores: cũ q̇bꝰ in oẽs
illas inſulas: que innumere ſunt: traijciť. cũq₃
his ſuã mercaturã exercẽt: et inter eos comer
tia fiunt. Aliquas ego harũ biremium ſeu ſca
pharũ: vidi q̃ vehebãt ſeptuaginta ⁊ octuagin
ta remiges. In omnibꝰ his inſulis nulla eſt di
uerſitas inter gentis effigies. nulla in moribus
atq₃ loquela: quin oẽs ſe intelligũt adinuicẽ:
que res perutilis eſt ad id qđ sereniſſimũ Regẽ
noſtrũ exoptare precipue reor: ſcꝫ eoꝝ ad ſan
ctam xp̃i fidem ↄuerſionẽ. cui quidẽ quantum
ĩtelligere potui facilimi ſunt ⁊ proni. Dixi quẽ

admodũ ſum ꝓgreſſus antea inſulã Johanaꝫ
ꝑ rectũ tramiteꝫ occaſus in orientem miliaria
cccxxij.ſm quã viã ⁊ interuallũ itineris poſſum
dicere hãc Johanã eſſe maiorẽ Anglia ⁊ Sco
tia ſil':nanqꝫ vltra dicta.cccxxij. paſſuũ milia:
in ea ꝑte q̃ ad occidentẽ ꝓſpectat : due :quas
non petij:ſupſunt ꝓuincie:quaꝝ alterã Indi
Anan vocãt :cui⁹ accole caudati naſcunť. Tẽ
dunť in longitudinem ad miliaria.clxxx. vt ab
his q̊s veho mecũ Indis ꝑcepi:qui om̃is has
callẽt inſulas. Hiſpane vero ambit⁹ maior eſt
tota Hiſpania a cologna vſqꝫ ad fontẽ rabidũ
Hincqꝫ facile arguiť ꝙ quartũ ei⁹ lat⁹ qđ ipẽ
ꝑ rectã lineã occidentis in orientẽ traieci: mili
aria ꝯtinet.dxl. Hec inſula ẽ affectãda ⁊ affe-
ctata nõ ſpernẽda in qua ⁊ ſi aliaꝝ oĩm vt dixi
ꝓ inuictiſſimo Rege nr̃o ſolenniter poſſeſſio-
nem accepi:earũqꝫ imperiũ dicto Regi peni-
tus cõmittiť:ĩ oportuniori tñ loco: atqꝫ om̃i lu
cro ⁊ cõmertio ꝯdecenti:cuiuſdã magneville:
cui Natiuitatis dñi nomẽ dedim⁹:poſſeſſionẽ
peculiariter accepi.ibiqꝫ arcem quandaꝫ eri-
gere extemplo iuſſi:que modo iam debet eſſe
pacta:in qua hoĩes qui neceſſarij ſunt viſi: cũ
om̃i armoꝝ genere:⁊ vltra annũ victu oportu
no reliq̃. Itẽ quãdã carauellã:⁊ ꝑ alijs ꝯſtruẽ
dis tã ĩ hac arte ꝙ̃ in ceteri peritos : ac eiuſdẽ


Inſula hyſpa na

inſule Regis erga nos beniuolentiā ꝛ familia ritatē incredibilē. Sūt enī gētes ille amabiles admodū ꝛ benigne: eo ꝙ Rex p̄dictus me fratrem ſuum dici gloriabat̄. Et ſi animū reuocarent: ꝛ his q̄ ī arce manſerūt nocere velint: nequeūt: quia armis carēt: nudi īcedūt: ꝛ nimiū timidi. ideo dictā arcem tenētes: dūtaxat p̄nt totā eā inſulā nullo ſibi imminente diſcrimine (dūmodo leges quas dedimꝰ ac regimē nō excedāt) facile detinere. In om̄ibꝰ his inſulis vt intellexi: quiſq; vni tm̄ ꝯiugi acquieſcit: p̄ter principes aut reges: q̄bus viginti habere licꝫ. Femine magis q̄ꝫ viri laborare vident̄: nec bene potui intelligere an habeāt bona ꝓpria: vidi enī qđ vnꝰ habebat aliis īpartiri: p̄ſ̄tim dapes/ obſonia/ ꝛ hmōi. Nullū apđ eos monſtꝝ reperi: vt pleriq; exiſtimabant: ſed hoīes magne reuerētie atq; benignos. Nec ſunt nigri velut ethiopes. habēt crines planos ac demiſſos nō degunt vbi radiorū ſolaris emicat calor. p magna nāq; hic eſt ſolis vehementia: ꝓpterea ꝙ abeq̄noctiali linea diſtat. vbi videtur/ gradus ſex ꝛ viginti Ex montiū cacuminibꝰ maximū q̄ꝫ viget frigꝰ: ſꝫ id q̄dem moderant̄ Indi: tū loci ꝯſuetudīe: tū rex calidiſſimaꝝ q̄bꝰ frequēter ꝛ luxurioſe veſcunt̄ preſidio. Itaq; mōſtra aliq̄ nō vidi: neq; eoꝝ alicubi habui co

gnitionem:excepta quadāꝫ inſula Charis nū-
cupata : que ſecunda ex Hiſpana in Indiam
tranſfretātibus exiſtit. quam gens quedam a
finitimis habita ferocior incolit̄. hi carne hu-
mana veſcunt̄. Habent predicti biremiū gene
ra plurima:quibus in omnes Indicas inſulas
traijciunt/depredāt/ſurripiūtqꝫ quecūqꝫ pn̄t.
Nihil ab alijs differunt niſi ꝙ gerunt more fe-
mineo longos crines. vtunt̄ arcubꝰ et ſpiculis
arundineis:fixis(vt diximꝰ)in groſſiori ꝑte at
tenuatis haſtilibꝰ.ideoqꝫ habēt̄ feroces:qua-
re ceteri Indi inexhauſto metu plectuntur:ſꝫ
hos ego nihili facio plus ꝗ̄ alios. Hi ſunt qui
coeunt cum quibuſdam feminis:que ſole inſu
lam Mateunin primā ex Hiſpana in Indiam
traijcientibꝰ habitant. He autē femine nulluꝫ
ſui ſexus opus exercent:vtunt̄ em̄ arcubꝰ ⁊ ſpi
cul' ſicuti ꝺ eaꝝ ꝯiugibꝰ dixi muniūt: ſeſe lami
nis eneis q̄ꝝ maxia apꝺ eas copia exiſtit. Ali
am mihi inſulā affirmant ſupradicta Hiſpana
maiorē: eiꝰ incole carēt pilis.auroqꝫ int̄ alias
potiſſimū exuberat. Huiꝰ inſule ⁊ aliaꝝ q̄s vi
di hoīes mecū porto:q̄ hoꝝ q̄ dixi teſtimoniū
ꝓhibēt. Deniqꝫ vt nr̄i diſceſſus et celeris reuer
ſiōis cōpēdiū:ac emolumētū breuibꝰ aſtringā
hͦ polliceor:me nr̄is Regibꝰ inuictiſſimis ꝑuo
eoꝝ fultū auxilio:tantū auri datuꝝ quantum

eis ſuerit opus. tm̄ vero aromatuꝫ. bombicis. maſticis (q̄ apud Chium dūtaxat inuenit̄) tantūq̃ ligni aloes. tantum ſuoꝝ hydrophilatorum: quantū eorū maieſtas voluerit exigere. Item reubarbarū ⁊ alia aromatuꝫ genera: q̄ hi quos in dicta arce reliqui iā inueniſſe: atq̃ inuenturos exiſtimo. q̄n quidem ego nullibi magis ſum moratus niſi quantū me coegerūt vēti: preterq̃ in villa Natiuitatis: dū arcem condere ⁊ tuta oīa eſſe prouidi. Que ⁊ ſi maxia et inaudita ſunt: multo tamē maiora forent ſi naues mihi vt ratio exigit ſubueniſſent. Uerꝫ multū ac mirabile hoc: nec noſtris meritis correſpondēs: ſed ſancte Chriſtiane fidei: noſtrorumq̃ Regū pietati ac religioni: quia qđ humanus cōſequi nō poterat intellectus: id hūanis conceſſit diuinus. Solet em̄ deus ſuos ſuos: quiq̃ ſua p̄cepta diligūt: etiā ī impoſſibilibus exaudire: vt nobis ī p̄ntia ꝯtigit: q̇ ea ꝯſecuti ſum⁹: q̄ hacten⁹ mortaliū vires minime attigerāt. nā ſi haꝝ inſulaꝝ q̇piā aliq̇d ſcṗſerīt aut locuti ſūt: oēs p ambages ⁊ ꝯiecturas nemo ſe eas vidiſſe aſſerit: vñ ꝓpe videbat̄ fabula Igitur Rex ⁊ Regia ṗncipes ac eoꝝ regna feliciſſima: cūcteq̃ alie Chriſtianoꝝ ꝓuincie Saluatori dño nr̄o Ieſu xp̄o agam⁹ gr̄as: q̇ tāta nos victoria munereq̃ donauit: celebrēt̄ ꝓceſſiões

06202

peragant ſolennia ſacra. feſtaq; fronde velent delubra. Exultet Chriſtꝰ in terris: quēadmodū in celis exultat: cum tot populorum ꝑditas añ hac animas ſaluatum iri preuidet. Letemur ⁊ nos: tū ꝓpter exaltationē noſtre fidei. tum ꝓpter rerū temporaliū incremēta: quoꝝ nō ſolū Hiſpania ſed vniuerſa Chriſtianitas eſt futura ꝑticeps. Hec vt geſta ſunt ſic breuiter enarrata. Vale. Uliſbone pridie ydus Marcij.

Criſtoforꝰ Colom Oceane claſſis Prefectꝰ.

Epigrama. R. L. de Corbaria Epiſcopi Montiſpaluſij

Ad Inuictiſſimū Regē Hiſpaniaꝝ

Iam nulla Hiſpanis tellus addēda triūphis:
Atq; parum tantis viribꝰ/orbis erat.
Nunc longe Eois regio deprenſa ſub vndis.
Auctura eſt titulos Betice magne tuos.
Unde repertori merito referenda Colūbo
Gratia: ſꝫ ſummo eſt maior habēda deo:
Qui vincēda parat noua regna tibiq; ſibiq;:
Teq; ſimul fortem preſtat ⁊ eſſe pium.

H493
C718d7


BOUND FOR JOHN NICHOLAS BROWN 1900

